Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



off. Ad te domine levavi animam meam deus meus in te confido non erubescam neque irridant me inimici mei et enim universi qui te expectant non confundentur. cō. Hec sacra nos domine potenti virtute mundatos ad suum faciant purriores venire principium. P. cō. Dominus dabit benignitatem et terra nostra dabit fructum suum. cō. Suscipiam domine misericordiam tuam in medio templi tui. et reparationis nrē venerandā sollempnia congruis honorib' precedam. P. feria iiii. Jacobi a.

Rogo vos patientes estote usq; ad adventum dni. Ecce agricola expectat preciosum fructum terre patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Patientes et estote et vos et confirmate corda vra quō adventus dni appropinquabit. Nolite ingemiscere fres in alterutrum ut non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite fres laboris et patientie pphetas qui locuti sunt in nomine dni nostri ihu xpi. Secdm iohem.

In illo tempore venit iohes baptista predicans in deserto iudee et dicens. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Hic est enim de quo dictum est per esaiam prophetam dicentem. Vox clamantis in deserto parate viam dni rectas facite semitas eius. Ipse autem iohes habebat vestimentum de pilis camelorum et zonam pelliceam circa lumbos eius. Esca autem eius erat locusta et mel silvestre. Tunc egrebat ad eum ierosolima et omnis iudea et omnis regio circa iordanem et baptizabantur in iordane a eo confitentes peccata sua. In illo t. feria vi. Secdm Johem.

Dicebat iohes ad turbas que egrebantur ut baptizarentur a ipso. Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere a venitura ira. Facite ergo fructus dignos penitentie et ne cepertis dicere patrem habemus abraham. Dico enim vobis quia potens est ds de lapidib' istis suscitare filios abrahe. Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Et interrogaverunt eum turbe dicentes. Quid ergo faciemus. Respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas det non habenti. Et qui habet escas similiter faciat. Venerunt autem et publicani ut baptizarentur et dixerunt ad illum. Magister qd faciemus. At ille dixit eis. Nichil amplius quam qd constitutum est vobis facatis. Interrogabant autem eum et milites dicentes. Quid faciemus et nos. Et ait illis. Neminem concutiatis.